

venire. Nonne inquit, fieri potest, ut amictus, aut calceus sit elegans, & pulcher, qui tamen alicui non conveniat? Quo dicto ostendit, eam orationem gratam esse, quae suo loco, suique personis convenit. Cicero, lib. 1. de Orat.

Apud Aegaeum Lacedaemoniorum regem, cum quidam rhetorem iudicasset, quod mirifice res exiguis verbis amplificaverit. Ego inquit, Rex, ne foretorem quidem arbitrer bonum, qui pro peccatis magnos induat calceos. Sensit vir prudentissimus, cum demum bene diceret, ejus oratio rebus convenit, ex quibus orationis qualitas patuit, quam ex artificio petenda est. Plut. in Lacon.

Cum Graeci nollent rescindere pacta, quae cum Antigono, & Cratere pepigerant, & amplecti libertatem, quam offerebat Archidamus, veriti ne graviore essent habituri Lacedaemonios, quam Macedones, Ovis, inquit, semper eandem edit vocem, ceterum homo multas, ac varias emittit voces, donec quod decrevit, confecerit. Hoc dicto significans fallendam esse fidem, si qua magna invitet utilitas. Nullum autem est animal cui tam varia vox sit, quam homo. Hoc apophthegma videri possit indignum Lacone, nisi post integritas hujus generis barbarorum commercio degenerasset. Dicit potest honestus aliquis usus esse veluti si quis admovent pro tempore, proque re nata variandum esse sermonis habitum. Est ubi loquendum sit severius, est ubi blandius, est ubi magnificentius, est ubi submissius, est ubi jucundius, est ubi durius: id si fiat circa perfidiam, prudentia est. porro ovilli mores dicuntur hominum stupidiorum, qui sese necesse Rebus, ac personis accommodare. Graecorum igitur constantiam Archidamus stultitia tribuit, qui proposita libertate nollent mutare vocem. Plut. in Lacon.

PIAGATUS Oletus rhetor cum eloquentissimus esset, illius tamen orationem nil aliud vitabat, quam affectatio, nihil enim fere schemata dixit unquam. Ideoque cum pacatus rhetor Masiliis et obviari factus esset. Poteram, inquit, dicere, aye Olce. Affectatorem affectata salutavit oratione: usus enim est ironica occupatione, praeter omnem necessitatem, ut irriteret hominem semper affectate loquentem. Erasmus, lib. 8. apophth.

Orator.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Orator, Graece *πρωτοβουλος*, oratorius dicitur. Venitque ab orando, hoc est dicendo. Differunt autem orator, rhetor, & declamator quod Orator est, qui in iudiciis, vel in concionibus causas agit: Rhetor, qui rhetoricam professatur: Declamator, qui aut docendi alios, aut excedendo se gratia fectam causam agit, ut in veris postea causis possit orare, quod declamare, dicitur, quare declamare erit fictio themate componere, hinc actiones ipsae orationes, & declamationes vocantur, ab orator dicitur oratorius, ria, rium, ut oratorius sermo, oratoria facultas, oratorum munus, oratorie adverbium, hoc est, more oratorio.

Oratores ab Hebraeis *Melissim* appellantur, a verbo *Melais* nulli, dulcem efficit. Hinc *psalmi* Co, dulcesco, permulceo cantu. Et latinum Melos, mulsim. Melitia, interpretatio, a verbo, *Liti*, interpretatus est.

Est autem oratoris persuadere dicendo. Et ut *Cic. lib. 1. offic.* dicit, est aperte, distincte, & ornate loqui.

Nomine oratoris, & docti ornandus est, qui scelus, fraudem, & quae nocentis possit dicendo subicere odio civium, supplicioque confringere: idemque ingenii praesidio innocentem iudiciorum poena liberare: idemque languentem, labentemque populam, aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare, qui denique quemcumque in animis hominum motum res, & causa possit tuler cum dicendo, vel sedare. *Cic. 1. de Orat.*

APOPHTHEGMATA.

DIOGENES oratores carpebat, quod studebant iusta dicere, sed eadem facere neglexerent. *Laert. lib. 6. Erasmus. Roter. lib. 3. Apophth.*

Idem, Oratores, qui summo in pretio habebantur Athenis, dicebat turba ministris, quod ad gratiam loqui cogentur, & serviliter adulari solidae multitudini. Coronas autem dicebat esse glorie pustulas *ignis* *divinae*; qualia nonnullis progeminant in naso, vultusque ex bile. *Laert. lib. 9.*

Idem, in caupona prandens, Demosthenem forte praetercunt invitavit, ut accederet. Id cum ille pudore recusaret: Erubescis, inquit, Demosthenes cauponam ingredi: atque hic herustus quotidie versatur. Innuat oratores nihil aliud esse,

quam mancipia populi, nec esse par, ut illi pudeat servum populi videri, ubi populus affluide viveret. *Erasm. Roter. lib. 8. E. apophth.*

Idem, Oratores, ac ceteros omnia ad gloriam facientes appellabat *epicardiparus*, id est, ter homines, ancipiti dicto. Nam ut vulgus hominem esse negat, qui nec doctus est, nec humanus: Ita philosophus hominem vocabat miserum, qui nihil haberet supra hominem. Siquidem juxta Homerum, nullum animal homine miserius: Proinde ter homines dixit, ter miseros, qui sua studia omnia conferrent ad rem manifestam, ac populari multitudini, multorum capitum bellis, servirent servitute. *Laert. lib. 6.*

Demosthenes interrogatus, quomodo orator factus esset? Respondit, Dum plus olei, quam vini absumerem. *Ex Diomed. Meminit etiam Brus. lib. 4. c. 31.*

Idem Phocion Atheniensis brevis oratione utebatur, ceterum gravissimam, quem cum iugentem vidisset Demosthenes: Eecce inquit, mea orationis cultus foras. *Plut. in Phocione.*

Pyrrhus dicitur solebat, plures urbes suo imperio addidit, oratione Cyneae oratoris, ac legem, quam suis armis. *Valer. Max. in Brus. lib. 4. cap. 15.*

Ordo, dicitur a *ordinare*, quod est disponere, & in partem dividere. *Ordo* dicitur a *ordinare*, quod est disponere, & in partem dividere. *Ordo* dicitur a *ordinare*, quod est disponere, & in partem dividere.

Pro ditione apta verum parvum, *disparium* quod dicitur a *disparium*, quod dicitur a *disparium*, quod dicitur a *disparium*, quod dicitur a *disparium*.

Ordo vero pro disciplina, sive Ecclesiastica, sive Politica, dicitur a *disparium*, quod dicitur a *disparium*, quod dicitur a *disparium*.

Ordo. Ordinatio.

Ue est *signaculum spirituale*, sive Sacramentum in quo legitur a Christo institutum, quod Sacramentum Ordinis vocatur, per quod spiritualis in Ecclesia potestas confertur, hoc loco considerabitur.

DEFINITIO, ET ACCEPTIO VARIA.

Definitur Ordo a *Magistro Sententiarum*, esse signaculum quoddam Ecclesiae, sive signum externum, per quod spiritualis quaedam potestas traditur ordinato, addunt communitur Theologi, ad Sacrosanctum Christi corpus directa. Siquidem ordines omnes, sive ad consecrandum Christi corpus, aut aliquid circa illud ministerium exhibendum, a Christo sunt instituti.

Dupliciter autem nomen ordinis accipitur, ut recte observavit *Scotus*. Primum pro ipsa potestate, & gradu, quomodo dicitur in Ecclesiastica, & caeteris hierarchiae esse plures ordines. Secundum pro ordinatione, sive ritu externo, quo illa potestas confertur, etque illius definitio, quam supra tradidimus. *Vide paulo post, Ordinum distinctio.*

EST SACRAMENTUM.

Fidei est, Ordinationem, sive Ordinem esse verumque proprium Sacramentum a Christo institutum. Ita definit *Concilium Tridentinum*, sess. 22. cap. 3. & ante illud, *Concilium Flor.*

Negant Lutherani. *Calvinus* quomvis duo tantum ponat Sacramenta omnibus fidelibus communia, tamen *lib. 4. Instit. c. 14. §. 20. Et cap. 19. §. 31.* agnoscit ordinationem esse verum Sacramentum.

Catholici omnes affirmant: Est enim ordinatio signum rei factae, quod habentem sanctificat, quippe ritus, sive symbolum illius externum est manuum impositio, cuius ritus lex Evangelicae meminit, ut dicemus infra, & significat gratiam, & potentiam, qua ordinato confertur, de qua Paulus Timotheum monet, Noli negligere gratiam, quae in te est, & per impositionem manuum presbyterii, ubi loquitur Apostolus de impositione manuum ordinataria, sive consecratoria. Sic & paulo post in *Epistola*, c. 1. dicit: Admonere te ut relinques gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Utramque enim hic causam gratiae explicat, principalem, quae est Deus, instrumentalem impositionem manuum, & vox *χρησται*, quae hic Apostolus utitur, est communis ad significandum omne Dei donum, tamen hic usurpat pro dono gratiae sanctificantis, ut seipsum explicando Apostolus infirmat, dum subdit gratiam, quam vult Timotheum relinquitur, esse spiritum timoris, virtutis, dilectionis, & sobrietatis: Ita *Chrysostomus*. *Theop. c. 4. ubi, in illum Pauli locum.*

MATERIA, ET FORMA.

Materia hujus Sacramenti est illud instrumentum, sive signum sensibile

sensibile, per quod ordinis cuiusque potestas, & officium definitur, & per cuius traditionem ordo confertur. Sic presbyteratus materia est calix cum vino, & patena cum pane: Diaconatus liber Evangeliorum, sive Sacramentum calix, & patena quaedam. Sic de aliis, in quibus illud materiae locum obtinet, vado iidem assignatur ad ministerii sui officia exequenda.

Forma vero sunt verba, quae ab ordinante dicuntur, dum signa illa externa exhibent ordinando praesenti, eaque tangenti.

QUAEDAM DE MANUS IMPOSITIONE.

Manus autem Impositio est de essentia hujus Sacramenti secundum communem, estque partialis illius materia: Cum Episcopalis ordo, & sacerdotalis, quod de Diaconatu etiam docet Bonaventura *dist. 24. p. 2. q. 4.* futurus sit essentialiter imperfectus, absque hac impositione collatus.

Scriptura enim, & Patres passim vocant ordinationem *χρησται*, id est manus impositionem, & scribit *Simon Metaph. in vita S. Joan. Chrysostomi* cum ei manus imponeret Episcopus Antiochenus, ut eum Presbyterium crearet, continuo in eum descendit Spiritum S. in forma columbae.

Augustinus, de *gestis cum Emerito*, & alibi dicit, manus impositione ordinari Sacerdotes. Et *Ambrosius*, *lib. de dignitate sacerdotum*. hac caeremonia dicit persequi ordinationem. Homo inquit manum imponit, & Deus largitur gratiam. *Vide S. Tb. in 4. dist. 15. q. 1. art. 1.*

Pro majori intelligentia notari potest, in Presbyterii ordinatione duplicem consecrationem, unam consecrandi Evangelicam, estque potestas in corpus Christi verum: eaque habet per materia calicem, & alteram abfolvendi a peccatis, estque potestas in corpus Christi mysticum, quae confertur per impositionem manuum, utriusque autem hujus caeremoniae meminit *Ordo Romanus*, qui liber est admodum antiquus.

EJUS SIGNIFICATIO.

Significat autem haec manuum impositio, Sacerdotes vel viciniam Deo deinceps offerri, & consecrari ad eum modum, quo olim victimae offerredae manus imponebant Sacerdotes. *Exod. 29.*

Sic & filii Israel Levitis manus imponentes significabant, quod eos velut a se abdicarent, Deoque offerrent. *Num. c. 8.* Quod etiam Romanis in usu fuit, dum servos libertati restituerent; tenentes enim caput servi dicebant, Hunc hominem liberum esse volo, & mittebant eum manu sua. *Vide Manuissim pro libertate.*

De Diaconis etiam traditur, quod primitus fuerint ordinati per manus impositionem tantum ad certa ministeria: nondum enim erat Evangelium, quod legerent, quod postmodum eis traditum: Credibile autem tenet *Bellar. l. 1. c. 9. de Sacros. Ord.* Christum in situ illas omnes ordines materias, non quidem in particulari, sed declarando generatim, eos consecrari per instrumentum, quo eorum potestas significaretur, caeremoniam.

Acceptemas, cujus fama late sparsa est per Orientem, cum in domuncula seipsum inclusisset, sexaginta annos transegit, neque videns, neque loquens: sed in seipsum conversus, & Deum visione apprehendens, illinc omnem accipiebat consolationem. Cum autem se ad hinc migrandum pararet, praedixit, quod post quinque dies vitae finem esset accepturus; excepti autem omnes, qui vellent eum videre: Cum autem Ecclesiae quoque venisset Antistes, eum quidem urgebat, ut iugum acciperet presbyterii: Novi, dicens, o pater, & tuae Philosophiae altitudinem, & quanta fit mea paupertas. Sed cum mihi sit credita Pontificis administratio, ex hac, non ex illa ordino, manus imponens. Accipe ergo, inquit, donum sacerdotii, mea quidem dextera ministrante, sanctis, autem Spiritu gratiam suppeditante. Ad haec fertur dixisse paucis post diebus hinc migraturus: De his, inquit, minime decerabam: si enim diutius essem vixiturus, omnino fugissem hoc grave, & terribile onus sacerdotii, pertimescens reddendam depositi rationem. Quoniam autem non ita diu habere recedam, iis, quae hic sunt relictis, iussis non invitus parco. Statim ergo nullo docente, hic quidem stultus ganeo, expectabam gratiam: ille vero, manum imponens etiam admittit spiritum. Cum autem accepto sacerdotio vixisset paucos dies, vitam mutavit. *Hist. SS. Patrum Theodorici cap. 15.*

Quid revelatum sit Leoni Papa de impositione manuum, ita scribit Sophronius: Cum descendisset Abbas Amos Hierosolymam, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum cremi Abbates, ut adorarent eum: inter quos adfuit & ego cum Abbate meo: coepit magnum eum onus, & intolerabile mihi in iunctum est, sacerdotium dignitas me terret immodice, Petri, & Pauli similitudo est regere rationales ani-

mas: ego autem infelix peccator sum, plus enim, quam caetera timeo ordinationis sarcinam. Nam inveni scriptum, quia beatissimus, & Angelis aequalis Leo Papa, qui Romanorum Ecclesiae praesuit, quadraginta dies perseveravit ad sepulchrum Apostoli Petri, vigiliis, & orationibus insistentis; petensque ab Apostolo, ut pro se apud Deum intercederet, ut dimitterentur sibi peccata sua. Impletis diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus, dicens ei: Oravi pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, praeterquam impositionem manuum. Hoc solam abs te requireret, sive bene, sive fortasse male egeris. Sed quid est, inquit *Baron.* Omnia tibi sunt dimissa peccata praeter manuum impositionem? Num peccata ex parte dimitti possunt? Minime gentium si ad culpam referas. Caeterum quoad poenam, dici debent dimissa fuisse S. Leoni peccata. Quod enim facile fit in his peccare etiam prudentem Episcopum, iure S. Apostolus monet ita Timotheum: Nemini citio manus imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Illi ergo remanebat S. Leo delictorum poenis obligatus, quae illis pertraherent, qui ab eo indigni promoti fuissent ad ordines. Tunc namque dicuntur Praesules communicare peccatis alienis, dum indignis conferunt ordines, & ministeria. Quod si haec sunt in viridi, in arido quid fiet? Leone quis sanctior, atque prudentior, ut tantum periculum liber transillat? *Sophron. prat. spir. c. 149. apud Baron. tom. 6. an. 467. 6.*

MINISTER.

Omnium Ordinum minister est Episcopus, ut cojus fit deputare Ecclesiae ministros, sicut in Repub. Politica ad Principem id pertinet. Unde Episcopus dicitur ordinarius hujus Sacramenti minister. Quosdam ordines extra ordinari ex delegatione Papae confertur inferiores Episcopis, v.g. Abbatibus presbyteri, & benedicti, quibus indultum Tonsum, & minores ordines conferre suis Regularibus, immo & secularibus habitibus dimissoria sui Episcopi.

Presbyteri Cardinales etiam ex consuetudine confertur ordines minores, ait *Em. S. in summ.*

Etiam Subdiaconatum a sacerdote simpliciter conferri posse, docet victor Scares, & alii, quin idem Victor fateatur, se bulam vidisse, qua quibusdam Abbatibus Ord. Cisterciensis id conceditur. *Vide infra Ordinum probatio, collatio.*

Decernit autem *Concilium Tridentinum*, sess. 23. c. 3. ut Episcopi pro seceptis ordinibus conferant, quod si aegritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quam exanimatos, & probatos ad alium Episcopum mittant.

LOCUS.

Quamvis Christus in Coenaculo primos ordinaverit sacerdotes, tamen constat jam olim sacros ordines Extra Ecclesiam conferri non consuevisse, aut locum aliquem sacrum. Novissimae autem per *Concilium Tridentinum*, *supra*, c. 8. decernitur, ut in Cathedrali Ecclesia, vocatis ad id Ecclesiae Canonici, publicè celebrentur Ordinationes: Si vero in alio loco dioecesis, praesente illius Clero, dignior semper ecclesia adeatur, juxta *Concilium Carthagen. cap. 12.*

TEMPUS.

Statuta a Jure Tempora ordinandi, nempe publicè, & communiter sunt Quatuor Anni tempora, Sabbatum ante Dom. Passionis, & Pascha. *Henricus*, in *summ. p. 2. l. 10. Rebuffus in praxi benef. p. 2.* Unde Episcopus speciale licentiam habere debet, ut extra haec tempora ordinet. *Quarant. in sum. bullarum.* Sed intelligunt de Ordinibus majoribus communiter: quia Minores diebus festis conferri posse, idem admittat. Et Fratibus Minoribus, ac aliis nonnullis, ut etiam quoad Majores ita ordinari possent, indultus Clemens VIII.

ORDINUM DISTINCTIO, ET NUMERUS.

Ordo Ecclesiasticus bifariam apud scriptores usurparur, uno modo proprie, alio communiter, & quidem communiter dicuntur Ordines omnes illi, qui quomodocumque dedicantur divinis officiis, & obsequiis, licet non referantur ad sacrificium. Quomodo Monachi, virgines, viduae dedicant: nec non laborantes in defunctis sepelientes, ordines aliquando dicuntur a Patribus. Sic legitur de ordine Diaconis, & viduarum, quae incumbant instructioni mulierum, & baptizabantur, ut tradit *Epiph.* Sic & sepultura mortuorum olim habebatur actio religiosa, eamque inter Christianos exercent Alexiani.

Proprie illi dicuntur Ordines, qui certo ritu sacro, & solemniter conferuntur ab Episcopo, & ad certum ministerium officio divino exhibendum referuntur. Hujusmodi Ordines sunt 7. Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus,

nus, Acolythus, Lector, Exorcista, Oſtiarius. Tonſura enim, five Clericatus non eſt ordo, ſed preparatio duntaxat ad reliquos ordines.

Ordines dividuntur in Maiores, five Sacros, & Minores, ac minus ſacros, quae diſtinctio ſumitur ratione materiae, quia ſcilicet verſantur circa materiam ſacram, tales ſunt tres priores, qui referuntur ad ſacrificium corporis, & ſanguinis Domini. Quatuor reliqui ſunt minores. Atque hinc eſt, quod Episcopatus quamvis ſit ordo diſtinctus a Sacerdotio, non tamen id obtinet, quoad ſacrificium, circa quod idem miniſterium exhibet Sacerdos, & Episcopos. Unde volunt quidam, utriusque eundem eſſe characterem, non tamen aequaliter extenſum.

Septenarii autem illius numeri hanc rationem aſſignat S. Thom. nempe hanc ordinum diverſitatem deſumi ex diverſis functionibus ad Euchariftiam, quod alioquin principaliter omnes referuntur, & quidem quatuor directe ad ipſam pertinent, nempe Euchariftiae conſecratio, & ob hanc eſt ordo Presbyterii: Diſpenſatio, & ob hanc eſt Diaconatus: Materiae preparatio, & idcirco Subdiaconatus inſtitutus fuit. Ejuſdem materiae ad altare praefatio, eſtque munus Acolythi. Tres aliae B functiones pertinent ad diſpoſitionem ſuſcipientium in mundum, quos triſariam Dionyſius partitur, vel enim ſunt: Inſideles credere nolentes, qui a myſteriiſ divinis arceſcunt, quod faciunt Oſtiarii vel ſunt, qui ſidem ſuſcipere deſiderant, ſed nondum ſunt in ea inſtructi, ad quos erudiendos Lectores ordinantur, vel alii a Demone poſſidentur, ut emergunt, & propter illos conſtituti ſunt Exorciftae.

RITUS, ET OFFICIA SINGULORUM. Ac prima.

OſTIARIORUM.

Post primam Tonſuram, quam diximus eſſe quamdam preparationem ad reliquos ordines: ad Oſtiarii ordinem primus gradus fieri conſuevit. Ejuſ autem munus eſt, templi claves, & januam cuſtodire, & aditu templi arcere eos, quibus ingredi interdictum erat. Ad ſanctum etiam Miſſae Sacrificium aſſiſtebat: curaturus, ne quis propius, quam par eſſet, ad ſacram aram accederet, & Sacerdotem rem divinam facientem inſpiceret.

Alia etiam miniſteria ei commiſſa erant: ut ex ritibus, quae in eius conſecrationem adhibentur, perſpicere poſſit. Nam Episcopos claves ad altari acceptas ei tradens, quem Oſtiarium vult conſtituere: Sic age, inquit, quaſi Deo redditurus rationem pro his rebus, quae his clavibus recluduntur. Magnam autem in antiqua Eccleſia huius Ordinis dignitatem fuiſſe, ex eo intelligitur. Quod his temporibus in Eccleſia ſervari animadvertimus. Nam Theſaurarii officium, quod idem erat Sacerdarii cuſtos, quoad Oſtiarii pertinebat, inter honeſtiores Eccleſiae functiones etiam nunc habetur.

LECTORUM.

Secundus ordinis gradus, eſt Lectoris munus. Ad eum pertinet in Eccleſia novi, & veteris Teſtamenti libros clara voce, & diſtincte recitare, praefertim vero eos, qui inter nocturnam palmodiam legi ſolent. Ejuſ quoque partes erant, prima Chriſtiane religionis rudimenta fidelibus tradere.

Episcopos itaque: praefente populo, in ejuſ ordinatione librum, quo deſcripta ſunt, quae ad hanc functionem pertinent, illi tradens, inquit: Accipe, & eſto verbi Dei relator: habiturus ſi fideliter, & utiliter impleveris officium tuum, participabis, qui verbum Dei bene miniſtrantur ab inſilio.

EXORCISTARUM.

Tertius ordo eſt Exorciftarum, quibus poteſtas data eſt nomen Domini invocandi in eos, qui ab immundis ſpiritibus obſidentur. Quare Episcopos, cum eos inſtituit, librum, in quo exorcismi continentur, eis porrigit, uſus ea formula verborum, Accipe, & commenda memoria, & habe poteſtatem manus imponendi ſuper energumenos, five baptizatos, five Catechumenos.

ACOLYTHORUM.

Acolythorum quartus eſt gradus, & ultimus eorum omnium, qui minores, & non facti appellantur. Eorum munus eſt miniſtros maiores, Subdiaconos, & Diaconos, in altaris miniſterio aſſeſtari, eisque operam dare. Praeterea lumen deſerunt, & aſſervant, cum Miſſae ſacrificium celebratur, praecipue vero cum Evangelium legitur, ex quo & Ceroferarii alio nomine vocati ſunt.

Cum itaque ordinantur, hic ritus ab Episcopos ſervari conſuevit: Primum quidem, poſtquam eos officii ſui diligenter

admonuit, lumina eorum ſingulis eradit in hunc modum: Accipe Ceroferarium cum cetis, & ſcias ad accendenda Eccleſiae lumina mancipari in nomine Domini. Deinde etiam urceolos vacuos, quibus aqua, & vinum in ſacrificio miniſtratur: Accipe urceolos, ad fufferendum vinum, & aquam in Euchariftiam ſanguinis Chriſti, in nomine Domini.

SUBDIACONORUM.

A maioribus Ordinibus, iſdemque non ſacris, de quibus haecenus dictum eſt, ad majores, & ſacros legitimus aditus, & adſenſus patet. In eorum primo gradu Subdiaconus collocatur; cujuſ munus eſt, ut nomen ipſum declarat, Diacono ad altare inſervire, ſacra enim lintea, vaſa, panem, & vinum ad ſacrificii uſum neceſſaria parare debet. Epistolam quoque olim a Diacono in Miſſa recitabat. Subdiaconus legit, ac tanquam lectus ad ſacrum aſſiſtit, prohibetque ne ſacerdos, ſacra faciens, a quoſquam perturbari poſſit. Haec autem, quae ad Subdiaconi miniſterium ſpectant, ex ſolemnibus caeremoniis, quae in illius conſecratione adhibentur, licet cognoſcere.

Primum enim Episcopos legem perpetuae continentiae huic ordini impoſitam eſt admodum, eicique neminem in Subdiaconum ordinem cooptandum eſſe, cui ultro accipere hanc legem non ſit propoſitum: deinde, poſt ſolemnem Litaniarum praecationem; quae Subdiaconi munera, & functiones ſunt, enumerat, atque exponit. His peractis eorum ſinguli, qui ordinantur, ab Episcopos quidem calicem, & ſacram patenam accipiunt; ab Archidiacono vero, ut intelligatur. Subdiaconum Diaconi officio ſubvenire, urceolos vino, & aqua plenos, una cum lebere, & linteo, quo manus abſterguntur, dicente Episcopos: Videte, cujuſmodi miniſterium vobis traditur: ideo vos admonet, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere poſſitis. Adduntur praeterea aliae preces.

Ad extremum, cum Episcopos ſacris veſtibus Subdiaconum ornavit, ad quarum ſingulas propria verba, & caeremonia adhibentur, tradit ei Epistolam librum, ac dicit: Accipe librum Epistolatum, & habe poteſtatem legendi eas in Eccleſia ſancta Dei, tam pro vivis, quam pro deſunctis.

DIACONORUM.

Secundum ſacrorum ordinum gradum Diaconus obtinet: cujuſ miniſterium latius patet, ſanctiſque ſemper habitum eſt, ad eum enim pertinet, Episcopos perpetuo ſequi, concionantem cuſtodire, eique, & ſacerdoti ſacra facere, vel alia Sacramenta adminiſtranti praefato eſſe, & in Miſſae Sacrificio Evangelium legere. Olim vero ſidelium animos ſaepe excitabat, ut ſacra attendere, ſanguinem etiam Domini miniſtrabat, in quibus Eccleſiis ea conſuetudo erat, ut fideles Euchariftiam ſub utraque ſpecie ſumerent.

Diaconos praeterea Eccleſiaſticorum bonorum diſpenſatio commiſſa erat, ut unicuique ad victum neceſſaria ſubminiſtraret.

Ad Diaconum etiam pertinet, tanquam Episcopos oculum, perveſtigare, quinam in urbe pie, & religioſe, quae ſecus vitam traducant; qui ad ſacrificium, & concionem ſtatim temporibus conveniant, qui ruſus non conveniant; ut cum de omnibus Episcopos certorem fecerit, ille vel privatum unumquemque hortari, & admonere, vel palam corrigere, & obſurgere poſſit, ut ſi magis profecturum intellexerit.

Catechumenorum etiam nomina recitare debet, & eos, qui Ordinis Sacramento initiandi ſunt, ante Episcopos ſtatueret.

Licet ei praeterea, ſi abſit Episcopos, & Sacerdos, Evangelium explanare, non tamen eſt ſuperiori loco, ut intelligatur, hoc ejuſ proprium munus non eſſe.

Quanta vero diligentia adhibenda ſit, ne quis eo munere indignus ad hunc Ordinis gradum aſcendat, Apoſtolus oſtendit, cum ad Timotheum Diaconi mores, virtutem, & integritatem expoſuit.

Hoc idem ſatis etiam declarant ritus, & ſolemnis caeremoniae quibus ab Episcopos conſecratur. Pluribus enim, & ſanctioribus precibus ad Diaconi, quam ad Subdiaconi ordinationem utitur Episcopos, & alia addit ſacrarum veſtium ornamenta. Praeterea manus ei imponit: quod quidem ab Apoſtoliſ ſanctitatem eſſe legitimus, cum primum Diaconos inſtituerunt. Denique Evangeliorum librum ei tradit, his verbis: Accipe poteſtatem legendi Evangelium in Eccleſia Dei, tam pro vivis, quam pro deſunctis, in nomine Domini.

SACERDOTIUM.

Tertius, omniumque ſacrorum ordinum ſummus gradus eſt Sacerdotium: qui vero illo praeditus ſuit, eos veteres patres duobus nominibus vocare ſolent, interdum enim Presbyteros appellant, quod Graece ſeniores ſignificat; non ſolum propter aetatis maturitatem, quae huic ordini maxime neceſſaria eſt, ſed multo magis propter morum gravitatem, doctrinam, & prudentiam. Ut enim ſcriptum eſt, Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata, cani autem ſunt ſenſus hominis & aetate ſenectus, vita immaculata. Interdum vero Sacerdotes vocant, tum quia Deo conſecrati ſunt, tum quia ad eos pertinet Sacramenta adminiſtrare, ſacraſque res, & divinas tractare.

ORDINUM ANTIQUITAS.

Joannes Calvinus, de Ordinum, praecipue minorum, antiquitate, ita loquitur lib. 4. Inſt. c. 19. §. 27. Primitiva, inquit, Eccleſia incoegni fuerunt, & multis poſtea annis excoegitati. Sed ſalva eſt hanc Calvini ſententiam, uterque Clemens, & Ignatius, Apoſtolorum diſcipuli: teſtantur enim eorum ordinum meminiſſe. Clemens lib. 8. conſtit. omnium ſere Ordinum etiam minorum ritus declarat.

Ignatius autem in epiſt. ad Antioch. ita concludit: Saluto, inquit, inquit Presbyterum veſtrum, ſaluto ſanctos Diaconos, ſaluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Oſtiarios laborantes, Exorciftas.

Ad haec tempore S. Cypriani omnes ordines erant in Eccleſia, nec tamen tunc ceperunt: Nam ut de re antiqua, & ubique recepta loquuntur auſtores illius temporis, qui ſane non multum aberrant ab Apoſtoliſ temporibus, Cyprian. l. 2. epiſt. 10. Exemplaria, inquit, eadem nunc quoque per Metium Hypodionandus a me miſſum, & Nicephorum Acolythum tranſmiſiſſi, lib. 2. epiſt. 5. & lib. 4. epiſt. 5. ſcribit ſe ordinale Lectores Aurelianum, & Celeſtium lib. 5. epiſt. 14. Presbyter, inquit, de Clero, & Exorcifta, & Lector Lucianus ſcripſit.

Eodem tempore ſcripſit Epistolam S. Cornelius ad Fabianum Antiochenum, quae haec ſunt verba apud Euſeb. lib. 6. biſt. Eccleſ. c. 33. Iſ ergo, qui Evangelium vindicabat, neſciebat in Eccleſia Catholica unum Episcopos eſſe debere, ubi videbat eſſe Presbyteros 46, Diaconos 7, Subdiaconos 7, Acolythos 42, Exorciftas, & Lectores cum Oſtiariis 52.

Omittit Concil. Laodicen. can. 24. & Carthaginense. 4. canon. 2. & ſeq. in quibus omnium ordinum ſit mentio, quorum hoc celebratum eſt ante annos m. c. illud ante annos m. cc. ex quibus ſatis colligitur, rem eſſe longe antiquiorem, quam putet Calvinus. Videatur Robertus Bellarm. in lib. de Clericis.

EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA

ILLORUM, QUI PRÆ HUMANITATE SACRIS

ORDINIBUS INITIARI RECUSANT.

Quemadmodum ad civilem Reip. ritē gubernandam ſemper neceſſarius eſt, & ſuit civilis Magiſtratus: ita ad Spirituale Chriſti in terris regnum decenter adminiſtrandum, etiam ſpiritualis poteſtas ſemper fuit neceſſaria: eaque titulo Ordinis nuncupatur veteres. Quam dignitatem, quod ardua ſit, aſperam, quandoque viri ſancti, & quidem B. Ephrem a Baſilio rogatus, cur, cum idoneus eſſet, ad ſacrum Presbyterii ordinem nunq. promovetur; reſpondit: Quia peccator ſum, & indignus, quia tam auguſto muneri deſerviam. Sur. rom. x. in vit. Baſ.

NECTARIUS Episcopos Martyrium quandam virtutem ſanctiſſimum nitebatur promovere in Diaconatu: ille totis viribus remittens, Ego aiebat, olim facti baptiſmatis factus particeps, in uſu vite meae ſemper antiquum obtinui, & ita ordinationem non admiiſi. Beyerlinck in Apoph. Chriſt. ex Sozom.

Legimus S. Marcum Evangelium pollicem ſibi amputaſſe, ne ſacerdotio initiaretur, quamvis poſtmodum Alexandria Episcopos ordinatus fuerit, tantum conſentens ſidei praedeſtinata potuit electio, ait S. Hieron. arque eo compelli fuit dignior, quod magis reſugit. In Proſ. ante Mare.

Itac Monachus cum ſciret decretum a ſuperioribus ſibi preſbyteratum, ex Scythia migravit in Aegyptum, vana ſolitudinis ſeſſum quaerens, ut hominum vitare conſpiceret, Beyerlinck P. 3. Prompt. Mor. in celeb. x. Miſſae: loco r. poſt med. ex vitis SS. PP.

De Daniele Styliſta memoratur, quod non niſi dudum reſuſcitatus ſacerdotio inſigniri ſe ſiſt paſſus.

Minorum Pater magnus Franciſcus nunquam induci potuit, ut a Diaconatu ad ſacerdotium conſcenderet: quod ſe indignum aſſumere eo honore, quem Angelica dignitate aſſumebat potiorum. Idem ibid.

Videatur Locus de Episcopos, & Episcopos.

ORDINANDORUM PROBATIO.

Monet Timotheum Episcopos Paulus. Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. Ubi de ordinationis officio loquit Apoſtolus, docent Chriſt. Oſt. Theodor. Oecumen. & paſſim omnes viri ergo, ut neminem ad gradum in Eccleſia admittat, niſi eo ſe dignum eruditione, & converſatione praefiteri, ne alias particeps fit omnium peccatorum, & ſcandalorum, quae committit.

Hinc Concil. Triad. ſeſſ. 23. c. 7. inherens antiquorum Canonum veſtigis, cap. quando diſt. 24. decernit, ut quando Episcopos ordinationem facere diſponit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, ſeria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Episcopos videbitur, ad civitatem evocentur. Episcopos autem Sacerdotibus, & aliis praecipientibus viris, peritis divina legis, ac in Eccleſiaſticiſ ſanctiſſimis exercitiis ſibi adſeitis, ordinandum genuit, perſonam, aetatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inveſtiget, & examine. Ubi quod de genere dicitur, intelligitur an legitimum thoro natus, & liber, non autē referatur ad deſcendentes a Judais, ut multi opinantur. Eſt namque idem Deus Judaeorum, & Gentium.

Hinc etiam illi, qui ad alium Episcopos, cui non ſubſtant nec ratione originis, neque titulo beneficii Eccleſiaſtici, ordinandi mittuntur cujuſcumque privilegii praetextu, admitti ab illo non poſſunt, niſi eorum probitas, ac mores Ordinarii ſui teſtimonio commendentur. Si ſecus fiat, Ordinas a collatione Ordinum per annum, Ordinatus a ſuſceptorum executione ad nutum Ordinarii ſui ſuſpenſus decernitur, a Triad. ſupra c. 8. voluit inſuper idem Concilium, hoc ſine ſieri denuntiationes in Parochia de ordinandis, ut conſter de eorum moribus, & converſatione. Ideo in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri ex antiqua conſuetudine etiam conſuli ſolebat populus ſuper qualitate ordinandorum, & ſervatur adhuc aliqua illius formula in Pontificis. Religioſi vero Superiorum ſuorum commendationem, & praedictorum teſtimonia exhibere Ordinandis debent. Quoad Eruditionem neceſſariam, ea pro quilibet locorum non eadem requiritur. Doctiores enim miniſtros Dei Eccleſia requirit, ubi illa aſſidua bella, cum haereticis, quam alibi. Item ubi pauciores, quam ubi delectus: Generaliter tamen Ordinandis majoribus Ordinibus exadē legant, tantumque proſecerint in lingua Latina, ut intelligant, quae legunt, ſaltem ſenſum eorum litteralem percipiant. Deinde capaces ſint numeris ſui excedendi, & callent ea, quae ad illud requiruntur. Unde ad alium ultierorem Ordinem aſcendere prohibentur, niſi prius in ſuſcepto ſe per annum exercuerint, & de eo docuerint per idoneum teſtimonium, niſi Eccleſia neceſſitas aliud poſtulet, aut Episcopos aliter viſum. Idem Concil. ſupra c. 17. & 14.

Quin ipſos ordines Minores jubet Concilium non conſerri niſi per temporum interſtitia, ut ita cum aetate vitae mererent, & doctrina major accreſcat, c. 2. de Reſorm. neque poſſant eodem die plures Majores uni, & eidem conſerri. Ibidem c. 13.

Admodum vero ejuſ impetum eſſe oportere in ſacro hoc Senatu ſeligendo, docuit Marcianus Episcopos, qui, cum Sabbathum quandam ex Judo factum Chriſtianum ad ſacros Ordines admiiſſet, quem poſtmodum ambitionis, & Judaei erroris ſtudioſum intellexerat ſue inſidiae, & levitatis conſcius, crebris ſecum obmurmurabat: Satis fuiſſet manus in ſpinas miſſiſſe, quam earum impoſitione Sabbathum ad gradum presbyterii deſignare. Haec etiam Antiliſtum noſtri temporis lamenta: dum vident eos, qui in ſacrum Senatum cooptulatores adſciverunt, ſacriſcientis canis agitatoſ furis, ad ſacriſegum barathrum, Deo, & Fide preſens, impie deſcendere, ſiſſam Reformatae religionis praetextus imaginem. Ex Socrat. lib. 5. c. 20. Beyerlinck in Apoph.

Legitur in vita S. Leonis Papae I. quae operibus illius praefigitur, quod ex S. Hieronimo refert Baron. anno 461. quod cum orationibus, & jejuis intendere ad ſepulchrum S. Petri, & Dei miſericordiam, ac peccatorum veniam imploraret, hoc reſponſum a S. Petro accepit. Depracatus ſum pro te Dominum, remiſſique ille tibi peccata, ut ſolium hoc a te expectandum, poſtulandumque ſuperſite, quibus adverſus Apoſtolicam legem manum temere impoſueris. Refert Cornel. a Lapide in Conc. epiſt. x. ad Tim. 5.

INDIGNE AD ORDINES SACROS SE

INGERENTES PUNITI.

Narrat Nodgerus in vita B. Remachi c. 11. apud Sur. 3. Sept. fuiſſe Clericum monaſterio ſuo valde utilem, & commo-

dom. Accidit autem inquit, Comississimam quandam pro salute sua fibulam auream ex voto ad nos mittere, elemosynam ergo. Ecce Damon, qui hominum animos explorat, in qua vitia procliviores sint, occasione arrepta, hujus clerici mentem pererrat. Ille vero suggestionem non respiciens, oculos ad fibulam adiecit, eamque clam suscipitur. Non diu post Abbas noster Rayengerus dum quoddam e nobis ad sacros Ordines vult promoveri, ad Episcopum nos mittit, adjuncto nobis etiam clerico, de quo agimus. Erat tum Quadragesima. Est autem ille tanti sacrilegii fidei et conscientie, nulla tamen id neque confessione, neque poenitentia expiavit, sed confidenter nobiscum proficiscens, Diaconus ordinatus est, non attendens, quod scriptum est: *Mundamini, qui servis vasa Domini*; cum utique eos, qui corporis, & sanguinis moribus esse oporteat. Absolutio deinde sacrificio, & precibus moribus esse oporteat. Absolutio deinde sacrificio, & precibus moribus esse oporteat. Absolutio deinde sacrificio, & precibus moribus esse oporteat.

